

**INTROIT Psalms 96: 7-8**

Adoráte Deum, omnes Ángeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiae Judæ. (Ps. 96: 1) Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen. Adoráte Deum, omnes Ángeli ejus: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filiae Judæ.

**COLLECT**

Deus, qui nos in tantis periculis constitútos, pro humána scis fragilitáte non posse subsistere: da nobis salútem mentis et córporis; ut ea, quæ pro peccátis nostris pátimur, te adjuvánte vincámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

*For St. Blaise*

Deus, qui nos beáti Blaise Mártiris tui atque Pontífices ánnua sollemitáte lætificas: concéde propitiis; ut, cuius natalítia cólimus, de ejúsdem étiam protectione gaudeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

**EPISTLE Romans 13: 8-10**

Fratres: Némini quidquam debeáatis, nisi ut ínvicem diligáitis: qui enim díligit próximum, legem implévit. Nam: Non adulterábis: Non occídés: Non furáberis: Non falsum testimónium dices: Non concupísces: et si quod est áliud mandátum, in hoc verbo instaurártur: Díliges próximo tuum sicut teíspsum. Diléctio próximi malum non operártur. Plenitúdo ergo legi est diléctio.

**GRADUAL Psalms 101: 16-17**

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. Quóniam aëdificávit Dóminus Sion: et vidébitur in majestáte sua.

**LESSER ALLELUIA Psalms 96: 1**

Alleluia, alleluia. Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Alleluia.

**GOSPEL Matthew 8: 23-27**

In illo tempore: Ascendénte Jesu in navículam, secúti sunt eum discípuli ejus: et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navícula operíretur flúctibus, ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus, et suscitavérunt eum, dicéntes: Dómine, salva nos, perímus. Et dicit eis Jesus: Quid tímidi estis, módicæ fídei? Tunc surgens, imperávit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. Porro hómines miráti sunt, dicéntes: Qualis est his quia venti et mare obédiunt ei?

**OFFERTORY Psalms 117: 16, 17**

Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

**SECRET**

Concéde, quæsumus, omnípotens Deus: ut hujus sacrificii munus oblátum, fragilitátem nostram ab omni malo purget semper, et muniát. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

*For St. Blaise*

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctifica: et, intercedénte beáto Blaise Mártire tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

**COMMUNION Luke 4: 22**

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

**POSTCOMMUNION**

Múnera tua nos, Deus, a delectónibus terrénis expédiant: et cælestibus semper instáurent aliméntis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

*For St. Blaise*

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et intercedénte beáto Blaise, Martyre tuo et Pontífice, cælestis remédií fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced. (Ps. 96: 1) The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Adore God, all you His Angels: Sion heard, and was glad: and the daughters of Juda rejoiced.

O God, Who knowest us to be set in the midst of dangers so great that, by reason of the frailty of our nature, we cannot always withstand; grant to us health of mind and body, that being helped by Thee, we may overcome the things which we suffer for our sins. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who dost gladden us by the annual feast of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop: mercifully grant that we who celebrate his heavenly birthday, may also rejoice in his protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Owe no man any thing, but to love one another: for he that loveth his neighbor hath fulfilled the law. For Thou shalt not commit adultery: Thou shalt not kill: Thou shalt not steal: Thou shalt not bear false witness: Thou shalt not covet: and if there be any other commandment, it is comprised in this word: Thou shalt love thy neighbor as thyself. The love of our neighbor worketh no evil. Love therefore is the fulfilling of the law.

The Gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. For the Lord hath built up Sion: and He shall be seen in His glory.

Alleluia, alleluia. The Lord hath reigned, let the earth rejoice: let many islands be glad. Alleluia.

At that time, when Jesus entered into the boat, His disciples followed Him: and behold a great tempest arose in the sea, so that the boat was covered with waves, but He was asleep. And His disciples came to Him and awoke Him, saying: Lord, save us, we perish. And Jesus saith to them: Why are you fearful, O ye of little faith? Then rising up, He commanded the winds and the sea, and there came a great calm. But the men wondered, saying: What manner of man is this, for the winds and the sea obey him?

The right hand of the Lord hath wrought strength: the right hand of the Lord hath exalted me: I shall not die, but live, and shall declare the works of the Lord.

Grant, we beseech Thee, almighty God, that the offering of the gifts of this sacrifice, may ever cleanse us and protect our frailty from all evil. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, and through them, by the intercession of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop, graciously regard us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

All wondered at these things which proceeded from the mouth of God.

May Thy gifts, O God, detach us from earthly pleasures, and ever strengthen us with heavenly refreshment. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt: and through the intercession of blessed Blaise, Thy Martyr and Bishop, may it make us sharers in the heavenly healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.